UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati mortalis Libri Qvinq[ve]

Pelecyus, Johannes

Monachii, 1615

IV. Animæ hominis impij plurimu[m] detrimenti importat Deus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52025

Visual Library

mnibus intelligitur quanta læ-
niſeri peccati grauitas exiſtat, &
ænæ magnitudo.

CAPVT IV.

*nimæ hominis impij plurimum de-
trimenti importat Deus.*

PRiuat enim eam gratia iuſti-
ficãte, bono, cui nihil neq; in
omine, neq; extra hominẽ, in
oto naturæ ãbitu exæquari, ne-
i præpõderare poteſt; adeoq;
nimùm eam, vt & hominẽ ipsũ,
us ratione, exuit veſte illa, quã
iritus ſanct⁹ ex vellere & lana
gni ad occiſionẽ ducti, & corã
ōdente obmuteſcẽtis cõfecit, e-
ſdẽq; agni ſanguine pretioſiſſi-
o purpureã reddidit. Opes de-
de illas ferè oẽs, quib⁹ *in Christo* 1. Cor. 1. 5.
es factus eſt, tollit; vt & theſaurũ
õparabilẽ, quẽ q habet, *particeps* Sap. 6. 14.
amicitiæ Dei, & quo cæleſte reg-
i cõparari poteſt, *miſerũq; adeo il-
& miſerabilẽ, nudũ, cæcũ, & paupe
reddit.* Aufert itẽ ab ĩpio animæ Apoc. 3. 17.

pulchritudinem eam, qua a
Thren. 4. 8 *cãdidior niue, nitidior lacte, rubi*
dior ebore antiquo, ſapphyro pulc
fuit, eamque ſuper carbones, [vt P
pheta ait, *ſic denigrat* vt atr
tartareo orci inquinatior, adm
rabilem ſuum decorem pecc
nigredine commaculet, odo
tumq; ſpiritalẽ purgatumq; in
credibili fœtoris moleſtia affi
at. Deturbat etiam illam de ſan
tate, facultatemq; conſequent
adimit, qua homo poterat vin
re peccata mortalia omnia, eare
nuſq; perfectè legẽ diuinã adim
plere, & Deum ſuper omnia dil
gere. Fauorem præterea & ſtud
um, quo ipſam antea mirificè c
plectebatur, odio permutat, an
maque adeo Deo non eſt dilec
eiq; illa nõ placet, & Deus illa
reſpicere non poteſt. Neq; iuſt
etiã eſt homo amplius, neq; p
peccatũ, erga Deum ſic ſe habe
quen

uemadmodum oportet; prõp-
us enim non eſt ad præſtandum
eo iuſtum & debitũ obſequiũ,
uale in hac vita ante poterat, *pa-*
mq; adeo nõ habet ad Deũ, per Domi- *Rom. 5. 2.*
Ieſum Chriſtũ, vt Apoſtolus ait.
ui ante peccatũ etiam ſapien-
ſedes, Deiq; thronus illuſtris-
m' fuit, in quo dulciter ille qui-
uit, deliciaſq; ſuas habuit, & tã-
uam diuinus magiſter hominẽ
ocuit & direxit, poſt peccatum
monum latibulũ abominabi-
eſt, *in quo onocratulus, ericius, &* *Eſ. 34. 11. 13*
, & coruus habitant, Draconũ &
ruthionũ item cubile, & omnis ſpiri-
immũdi, & omnis volucris immũ-
& odibilis custodia. Qui diuinà
atià Dei filius, diuinæq; adeo
aturæ cõſors fuit, filius eſſe pec-
ato mortifero deſiit, diuinæq;
naturæ exſors factus eſt, & filius
Diaboli, deſideria eius omnia fa-
ciens. Amiſit & per peccatũ vitã

In mart. Iulittam hom. 5. ſpiritalem; *anima* enim, quæ al-
immortalis eſt, vt S. Baſilius d-
cet, *moritur illo*: Id quod his ver-
Serm. 18. de Ver. Ap. docet D. Aug. *Vita corporis anima,*
vita animæ Deus, hunc autẽ peccato
amittit, dum ſe peccato alligat, gratia
perdit. Addit: *non ſunt in te viſcera*
pietatis ſi plores corpus, à quo receſſit a-
nima, & non ploras animam, à qua re-
ceſſit Deus; talis enim anima poſt pec-
catũ non aliter relicta eſt, quam corpus
à quo anima receſſit. Ad vitam tan-
dem æternam ius perdidit impi-
us, &, ni eum verè pœniteat, cœ-
leſti quoq; hæreditate, cuius in
gratia pignus habuit, excluditur,
& deſcẽdentes in infernũ comi-
Apoc. 22. 15 tatur. *Foris canes & venefici, & im-*
pudici, & homicidæ, & idolis ſeruien-
tes, & omnis qui amat & facit men-
dacium. O grauitatem infinitam
peccati mortalis!

Caput V.

Peccatum mortale magnum affert in-
tellectui malum.

Ma-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN